

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Disputatio Secunda De Religione Eclectica Seu Prudentum  
ad Locum 1. Thessal. V.21**

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus  
Winter, Johannes Christoph**

**Argentorati, 1705**

**VD18 11641991**

§. 6

**urn:nbn:de:bsz:31-105849**

*fich*) *invenerit*, id quidem, quatenus statuit principia luminis natura connata omnibus, apud omnes se exeruisse, bene se habet; sed hoc inde patet, non esse simpliciter ex invento humano religionem, nec qui hanc religionem habet, id verè credere, sed ex lumine naturæ naturalem esse instinctum ad colendum DEUM, & inde metum aliquem, quem quisque apud se habeat, bey *fich*. Rom. c. 1. 21. 25. c. 2. 15.

## §. 5.

Melius se habet, quod notat p. 15. pravam illam Religionem Prudentum, & opinionem, religionem nihil esse præter inventum Statum, ex eo confirmatam apud quosdam, quod vidissent, sæpius sub specie religionis multa effecta esse, daß oftmal von so vielen die Religion ist zum Deckmantel gebraucht / und unter dessen Schein mancherley ist außgeführt worden / exemplo Numæ Pompilii apud Romanos, Sotorii apud Portugalliæ populum, & Græcorum Trojam obsidentium. Hæc inquam, non malè se habent, sed non probant, primam Originem religionis hujus crassissimæ esse necessitatem & utilitatem; sed manet nihilominus, esse corruptam naturam, ex vitio peccati Orig. quæ semper ad atheismum proclivis est, cultumque DEI & Religionem ludibrio habet; quod vitium non tantum prudentum sed & imprudentum, non tantum superiorum, sed & inferiorum omnium est, quotquot neglecto verbo DEI, cultumque inibi revelato, suis cogitationibus indulgent, qui omnes stulti & vani facti sunt, Rom. 1. dicentes in corde suo, non est DEUS Pl. 14.

(2.)  
§. 5.  
Confirmatio per Exempla.

## §. 6.

De Mahomete porro docet, ad institutum se. suum, homines plurimos ejus opinionem, secutos quod putarent columbam assuetam esse Sp. S. sed id forte de aliquibus verum est, rudioribus saltem, de omnibus vel pluribus dici nequit: Mahometes enim, adjuvantibus quibusdam hereticis Pseudo-Christianis, videlicet Baira Jacobita, & Sergio Monacho Nestoriano, & quibusdam etiam Judæis adherentibus, puta Phinea & Abdia Ben-Salon, (qui Arabice Abdalla dictus est.) & aliis: ab utrisque venena & deliramenta, veris quibusdam mista, eaque ad fallendam rudem plebeculam aptiora hauriens, eisque pagana quædam interserens, chartas quasquam scripsit per modum legis: docen-

§. 6.  
De Mahomete.

te Forbesio apud b. Danhau. Myster. Syncret. p. 12. At isti plures non ea, de columbæ divinitate, opinione moti sunt, sed Syncretismo, dogmatum contemperatione ad unius cujusque captum: *Nam* (ita Spondanus apud B. D. Dannh. l. c. p. 15.) *ut* *populos omnes alliceret, ex cunctis ferme aliqua miscuit, nempe ex Judæis circumcissionem, DEI unius cultum, abstinentiam à carne suilla: ex Christianis nomen Christi, ita tamen, ut eum, sicut Ariani & Nestoriani coleret &c.* adde plura l. c. p. 38. seqq. Et hanc veram rationem esse & potiozem, quod Mahometes plurimos in suas partes traxit, autor ipse diffiteri non potuit p. 16. Die Türkische Religion hat sich in vielen/ ja den meisten Puncten darauß beßissen/ wie sie durch Zulassung vieler zur leiblichen Wollust dienenden Dingen --- viel Adhærenten bekommen möchte. h. e. ut paulo ante dixerat, daß sich ganze Religionen nach der Staats-Raison gerichtet/ wie man an der Türkischen siehet. Non possum, quin exemplum & testimonium Syncretismi Turcici illustrationis gratiâ, repetam hîc ex b. D. Danh. Myst. Syncret. p. 35. à Gislenio Busbeq. Epist. 3. mutuo acceptum: *Rustanus* (magnus scil. *aula Ottomanica Sejanus*) *ex me, Busbequio, interrogavit, cur non religioni eorum initiarer, & veri DEI cultus fierem particeps: si faciam, ex eo mihi magnos honores, & parata magna à Sulcimanno pramia.* Respondeo, *mibi certum esse, manere in religione, in qua natus essem, quamq; Dominus meus profiteretur. Pulchrè, inquit Rustanus, sed interim de anima quid fiet? & de anima, inquam, bene spero: tum ille, cum paulisper intercogitasset, ita est profecto, inquit, neq; ego ab hac absim sententia, aterna beatitudinis consortes fore, qui sanctè innocenterq; hanc vitam traduxerint, quamcumq; illi religionem securi sint.* En testimonium Mahometani hominis de sua religione Syncretistica, qua plurimi in partes pertracti sunt.

## §. 7.

§. 7.  
De Jehu

Exemplum porro Absolonis impii non moramur; quod vero attinet exemplum, de quo scribit p. 16. tödtete nicht Jehu unter der falschen Verstellung/ als wann er dem Baal ein Fest halten wolte/ die Baals-Pfaffen/ 2. Reg. c. 10. v. 18. 19. seq. notandum quod ipsa *extinctio* Baalitarum fuerit ex mandato divino,

no, id q  
9. 17. tum  
mandato di  
habentur,  
dum attinet  
facturum el  
cepto & m  
secum Jona  
potest ille a  
er assissimam  
falschen De  
cem Baalite  
am dicitur a  
dem modis  
Certe b. no  
set, Jehu h  
f. 1023. scri  
b. Augusti  
& improb  
Conscient

Non a  
sunt hujus r  
hoc pro div  
quod vero in  
legi/ daß wer  
bige unersch  
ne jede Rep  
ersonnen/ ho  
tamus, sit li  
quæ id fecer  
id fecerint, e  
merarius fut  
ein jede Rep  
nem prudent  
ret; quisqu